

vorkoufer vnde selbschuldige, Otte vom<sup>e</sup> Hagin, Hans von Czogow vnde Caspar von Plüsk borgen mit gesampter hant vnde vngesundert vnser ingesegil wissentlich lazin hengen an disen brif, der ghegebin ist nach Cristi gheburd dritezen hundert iar darnach in dem dry<sup>e</sup> vnde nuenczigesten iare an dem Aschgtaghe.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit den vier Siegeln an Pergamentstreifen.

No. 175. 1393. 18. Juni.

*Pabst Bonifacius IX. beauftragt den Decan zu Naumburg, Nachforschungen anzustellen, ob Seiten des Klosters jetzt oder früher rechtswidrige Veräußerungen von Gütern und Rechten stattgefunden haben und, wenn dies der Fall, das ursprüngliche Recht des Klosters wieder herzustellen.*

Bonifatius episcopus servus servorum dei dilecto filio . . decano ecclesiae beatae Mariae Nuemburgensis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii . . praepositus et conventus monasterii sancti Thomae in Lypezk per praepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini Merseburgensis diocesis quam praedecessores eorum decimas terras villas possessiones domos casalia prata pascua grangias nemora molendina iura iurisdictiones et quaedam alia bona ipsius monasterii datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renunciationibus et poenis adiectis in gravem ipsius monasterii laesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super his confirmationis litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus [quae] per concessionem huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictiones per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem etc. Datum Perusii XIII. Kal. Julii pontificatus nostri anno quarto.

R<sup>ta</sup> gratis.  
Erasmus.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

No. 176. 1393. 7. Sept.

*Probst Johannes und der Convent bestimmen mit Genchmigung des Bischofs Heinrich von Merseburg Gefälle zu Zweenfurth und Wolfshain zur Abhaltung von Jahrgedächtnissen und zur Begchung des Festes der h. Martha.*

Nos Johannes dei gratia praepositus, Petrus prior totumque capitulum monasterii sancti Thomae apostoli in Lipezk ordinis sancti Augustini canonicorum regularium recognoscimus et ad universorum praesentium et futurorum notitiam deducimus